



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Nucleus Practici Tractatus, De Legibus**

**Marchius, Ewald**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661**

§. 28. Vitam, & Passionem Christi meditandam docet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42256**

i Hanc gerit erga humiles, quibus est sub-  
missio cordis,

Que se demittit, propriis nec laudibus effert.

i *Cant. 1.*

§. 28.

*Vitam, & Passionem Christi meditandam*  
*docet.*

Aspicientes in Authorem fidei, & consum-  
matorem J E S U M, qui proposito sibi gau-  
dio, sustinuit Crucem, confusione con-  
tempta, recogitate enim eum, qui talem  
sustinuit à Peccatoribus, adversus seipsum  
contradictionem. *Habr. 12. v, 3.*

**F**asciculus Myrrhæ, Christi fit Passio a-  
mara

a Hans si animo grato, sincero & corde re-  
volvas,

b Fortis erit clypeus, contra adversantia  
quævis,

Hanc oculis præfige tuis, meditare frequen-  
ter.

Proderit, hæc animæ multum doctrina sa-  
luti,

c Quam factis docuit, verbum, Deitatis  
Imago,

Vindex peccati, æterni Sipientia Patris,

D 3

Dum

a. *Cant. 1. b Numer. 21. & 1. Petri 2.*



Dum pro te voluit, varios sufferre dolores  
*a* vinciri, colaphis cædi, diris que flagellis.  
 Atque caput spinis, plexo diademate cingi,  
 Velari ludi, spoliari veste, Crucisque  
*b* Dirum Supplicium, despecta in morte sub-  
 ire,  
*c* Inde Latus sanctum, reserari cuspide feri,  
*d* Hunc pro peccatis, Calicem potavit ama-  
 rum,  
 Ne tibi displiceant, quæ sunt adversa feren-  
 da:  
*e* Hæc si nulla tuam, tangat compassio men-  
 tem,  
*f* Durior es lapide, & Brutis animantibus ip-  
 sis:  
*g* Sol tenebris tectus, quatiens cum murmure  
 tellus,  
*h* Disrupti lapides, veli conscissio Templi,  
 Hæc animum moveant, ut grato corde re-  
 volvat,  
 Et lachrymas fundendo, suum testetur Amoro-  
 rem,

*a* Matth. 27. *b* Luca 23. *c* Ioann. 19.  
*d* Matth. 26. *e* Matth 26. 1. Pet. 3. *f* Coloss.  
 3. *g* Luca 23. *h* Matth. 7.



Quo Christo obstrictus, pro se quæ talia passus.

§. 29.

*Beneficia Dei grato animo recolenda consulit.*

Benedic Anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, Nomini sancto ejus. Benedic Anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus, &c. *Psal. 102. v. 18.*

**S**unt Benefacta Dei, devota mente colenda.

**b** Præfigenda oculis semperne oblivio tollat, Dissipat ut ventus pluvias, exsiccat & arva,

**c** Sic ingratus homo, privat se rore favoris

**d** Cœlestis, Benefacta Dei, vix corde revolvens,

Indignus vitâ, & communi lumine solis:

Dicitur ingratus, saxis plus durior ipsis,

Mollibus hæc cedunt, repetitis sæpius undis,

Angues sævitia, crudeli pectore Tygres

Uros & lamias, superat feritate Dracones,

Qui Benefactori grates, pro munere reddunt:

D 4

a Cum

a 2. Corinth. 1. b 2. Thessal. 1. c Sap. 16  
d Eccles. 19.